

## Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE IN ||  
PRAECIPVIS ET ALIIS TOTIVS || anni festis diebus populo  
in Ecclesia proponi || solent, è ...**

**Priele, Gilles vanden**

**Parisiis, 1566**

**IN FERIIS S. LVCAE EVANGELISTAE, EPISTOLA.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

1. Cor. 7. est res sublimis, que etiam apud veteres a prisca sanctissima virtus coli non potuit. Hec tamen ut sublimis virtus non sufficiat, nisi adsit opus fidei & labor charitatis, quibus deo despiciamur virginines castae.

2. Quisque pro se videat, ne eremus, Deus non irridetur. Nullus nos defendere poterit, si oculi non habentur in lampadibus. Hor tamur cum Apost. 2. Corinth. 6. ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim Isa. 49. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiunxi te. Ecce nunc tempus acceptabile, &c.

3. Crebro repetit Christus, vigilate, quia nesciitis diem neque horam, ostendens ignorantiam exitus ab hac vita vellem esse. Igitur exitus ab eum illo Paulino epilogi liber receptui canere. Vigilate, state in fidem, viriliter agite, estote fortes, omnia nobis cum charitate sunt. Hec bis virilis est vita Christiana. Et sic qui vixerint cum apparuerit Christus, habebunt fiduciam, nec perdescent ab eo in adventu eius, sed intrabunt cum sposo, scilicet, Christo ad nuptias.

Finitus Evangelio & Epistolarum de Sanctis.

Hæ sequentes Feriae suo loco reponenda, inter sermonem, nempe, de angelis, & festum Simonis & Iudeæ, fol. 178.

IN FERIIS S. LVCAE EVANGELISTÆ, EPISTOLÆ.

Mihī omnium sanctorum minimo data est gratia <sup>Ephes. 3.  
1. Cor. 15.</sup> hæc, &c. Finis Epistolæ: perfidem eius.

**P**ostquam Apostolus ostendisset Ephesiis gratiam cognitionis diuersorum ministeriorum esse sibi collatam, consequenter pergit declarare ipsorum mysteriorum executionem quoque ubi demandatam, quorum ipse factus erat minister secundum donum gratiarum Dei, Act. 9.1. Corinth. 4. Et præsertim facit tria. Primum ostendit ministerium sui officium sibi commissum quale fuerit, cum dicit: *Mihī omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc in gentibus euangelizare, &c.* Quibus verbis aperte declarat sibi Apostolicam legationem inter gentes commissam, eamque non vulgarem, sed summam arcanaque complectentem my-

IN P E R I S

*Pauline* steria, de qua dicturus Paulinae modestiae excellentiam modestiae ex ostendit. Cūm enim diuinæ gratiæ magnificientiam sellentia.

prædicaturus est, audi quid dicat: Mihi omnium sanctorum, vel ut alij volunt, hominum data est gratia hæc. Animi quidem erat demissi, quod super prioribus peccatis, deletis etiam, lamentabatur, illorumque recordabatur, ac modestiæ tenebat: ut quando scipulum blasphemum vocat, & persequutorem, & contumeliosum. Verum huic quod iam dicit, nihil poterit conferri. Primum enim, inquit, talis eram: Et abortuum se etiam vocat, 1. Corint. 15. Quod vero post tantas virtutes, & in eo quod præsens erat, adeò modestus est, ut & omnium se minimum esse dicat, multæ & excellentis est modestiæ, & eò quoque excellentioris, quod non dicit: Mihi omnium Apostolorū, sed sanctorū minimo, nam alio loco dicit: non sum dignus, ut vocer Apostolus. Sūma, Quāuis minimus nō erat quod potestatē sibi cōmis̄am, ex cōfideratione tamen status præterit se minimum vocat. Ego sum minimus, inquit, Apostolorū, qui nō sum dignus vocari Apostolus, quoniā persequutus sū Ecclesiæ Dei, &c.

*Apostolus minor tempore non labore.* Item quod h̄c se omnium aliorum minimum vocet, & alibi etiam dicat, se plus omnibus laborasse, vtrunque verum est: & ynum referendum est ad laborem, aliud ad tempus vocationis suæ. Plus enim omnibus Apostolis laborauit, quia cū cæteri in locis sibi distributis predicarent, ille non solum Iudæis prædicavit, sed etiam

*Paulus magister et prædicator gentium.* omnibus gentibus, quibus constitutus est magister & prædicator. Minimo autem quod dicit, tale est, ac si dicaret, nouissimo & vltimo. Nouissimus enim omnium Apostolorum ipse vocatus est ad gratiam Euangeli: quia illi ante passionem à domino, hic verò post eius ascensionem de cælo vocatus est, Act. 9.

Quænā aut̄ sit hæc gratia sibi data, subdit, Ut Euāgeliz̄, inquit, ī ḡtib⁹ imperuſtigabiles diuitias Christi, &c. Vnde & alio loco dixit: Qui operatus est Petro ī Apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi iter ḡtes. Et cū cognouis̄ent gratiā dei que data est mihi inter gentes, &c. Gal. 2. gratia Pauli 2. Secundò ponit cōmis̄a gratiæ magnitudinē & excellē commiss̄e lentiā quæ fuit reuelare & manifestare secreta dei, quæ magnitudo. sunt magna & occulta, cūm dicit. Data est mihi gratia ha-

In gentibus euangelizare inuestigabiles diniſias Christi, & il-  
luminare omnes que sit dispensatio sacramenti abſconditi, à ſeu-

lu in Deo, qui omnia creauit. Euangelizare, eft bona annun-

tiare, quia Euangelium eft bonum nuntium. Euangeli-

zat ergo, non ſolum qui Euangelium prædicat Christi ore prolatum, ſed qui bona annuntiat, gratia Dei ma-

gnitudinem prædicat, & gaudia patriæ caeleſtis promit-

tit, quæ in lege, & prophetis & Psalmis, necnon Euangeliis, dictisque sanctorum patrum continentur. Quasi

ergo dicat Apostolus: Hæc gratia data eft mihi, vt an-

nuntiem gentibus bonum. Non enim misit me Chri-

ſtus baptizare, ſed euangelizare, 1. Corinth. 1. Et ibidem

9. Vx mihi, ſi non euangelizauero, hoc boni annuntia-

re præcipitur, Inuerſigabiles, nempe, diuitias Christi, nimirum illas, de quibus idem Apostolus alibi dicit: Quæ oculus

non vidit, nec auris audiuīt, nec in cor hominis ascen-

runt, quæ præparauit Deus diligenter ſe, hoc eft, gau-

dia patriæ caeleſtis, vita fine fine mansura. Et illuminare tibus ann-

omnes, Non ſolum Iudæos, ſed etiam Gentes. Nam om-

nes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem verita-

tis venire, 2. Timoth. 2. Ad hoc, vt intelligent, quæ ſit

dispensatio sacramenti, hoc eft, quam ingenti & admirabi-

li dispensatione facta eft per Christum generis huma-

ni arcana redemptio. Quia ergo hoc quod priori loco

dixit diuitias, in subsequentibus appellavit sacramen-

tum, ideò per diuitias præsertim mysteria incarnationis,

& passionis Christi intelligit. Apostolus, necnon re-

demptionem generis humani, & fidem Gétium, & quod de cætero nulla distantia ſit inter Iudæos & Gentes in

gratia Dei, quæ omnia rectè sacramentum appellat, &

diuitias imperuſigabiles, quia ante Christi aduen-

tum occulta & ſecreta fuerunt: Quæ idem Apostolus

vehementi ſtupore correptus admiratur, d. O altitudo

diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incōprehensi-

bilia ſunt iudicia eius, &c. Sed illæ diuitiæ, quas nullus

antea potuit ad liquidū cognoscere eo ꝑ inuestigabiles

effent: domino veniente, vſtigabiles & cōprehensibiles

factæ ſunt. Et quæ in ſua natura inuestigabiles ſunt, per

gratiā & reuelationē Spiritus sancti hominibus fide-

ibus peruiæ & cognitiæ factæ ſunt. Sicut verbi gratia,

*Euangelioſis  
bonum nō-  
tum.*

*Euangelioſis  
redēptionis  
& ſalutis  
etiam gen-  
tiatum eft.*

*Rom. ix.*

IN FERIIS

Statua, quam non potuit intelligere Nabuchodonosor quidnam prefiguraret, per reuelationem sancti Spiritus Danieli vestigabilis & comprehensibilis facta fuit, vnde & eius mysterium ipsi regi interpretatus est, Dan. 2. Sic etiam Apostolo data est gratia illuminare per fidem omnes qui voluissent credere, nec solum illuminare, sed & euangelizare, quaerat dispensatio, id est, distributio, vel ministratio sacramenti absconditi, in Deo, qui omnia creavit. Hoc ipsum hic appellat Apostolus sacramentum,

*Divitias Christi, & sacramenti dispensationem, vocat incarnationis mysterium.* quod superius vocarat divitias, mysterium scilicet incarnationis filii Dei, fidem & salutem Gentium, & gaudia vitaeternam, quod a seculis, siue ab initio, absconditum fuit in Deo vero, id est, in sola notitia dei, qui creauit omnia. Nec dicit, deo fuit absconditum, sed, in Deo, quoque ipse per semetipsum id manifestare dignatus est. Vnde appellatur sacramentum, quod est res secreta & occulta, antequam in publicum deducatur. Sacramentum hoc sapientibus & prudentibus, necnon huius seculi potentibus occultatum fuit, sed Apostolis aperatum & reuelatum, Math. 11. & 1. Cor. 2.

3 Tertiò ostenditur ab Apostolo quis finis fuerit reuelati sacramenti, & deinde quis inde sit subsequutus fractus, cum subdit: *Vi innotescet principatis & potestatis in caelis, per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per filium eius.* Ac si dicat, In eum finem sacramentum salutis a seculis absconditum tandem reuelatum & denuntiatum est Gentibus, ut innotescat, hoc est, manifesta fiat, multiformis sapientia Dei principatis & potestatis in caelis. Sapientia dei unica in essentia, multiformis in variis effectibus declarata est. Filius dei natus est devirgine citra virilis seminis commixtionem, vagiebat ut infans in presepio, sed ab angelis glorificabatur, ut deus in celo: ab Herode quarebatur ad necem, tanquam homo, sed a magis stella duce quarebatur & adorabatur ut Deus: mortuus est ut homo, surrexit per virtutem diuinam: postquam resurrexisset a mortuis, apparuit discipulis in habitu hominis, sed spiritum sanctum dedit eis, ut Deus. Ut ergo ista multiplex sapientia Dei manifestetur

*Sapientiam Dei in variis effectibus multiformis demonstrata est.*

staretur principibus & potestatibus in cælestibus ( quas  
 B. Hieronymus angelicas virtutes vult intelligi in cæ-  
 lo residentes ) filius Dei veniens in mundum , reuelau-  
 uit eam Apostolis suis , & per Ecclesiam , hoc est in Ec-  
 clesia prædicantibus Apostolis , manifestauit angelici-  
 sis virtutibus . Dicit namque B. Hieronymus , quod que-  
 dam angelicæ dignitates erant , quæ mysteria superius  
 memorata ad purum non intellexerunt , donec com-  
 pleta est passio Christi , & Apostolis prædicantibus per  
 omnes Gentes , ceperissent sua prædicatione Gentes ad  
 fidem attrahere . Vnde domino propria virtute ad celos  
 ascendentē dixisse feruntur illud Isa. 63. Quis est iste qui  
 venit de Edom ; hoc est , de cruento & sanguinolento  
 mundo ? &c. Et illud Psalm. 23. Quis est iste rex gloriae ?  
 &c. Enim uero angelis & archangelis illud & solis con-  
 stabat , quod Israël esset pars domini , populus eius , &  
 allaturus esset dominus populo suo salutem , & eundem  
 à prauis facinoribus exempturus . Quod autem Genit. *Vocatio genit.*  
 les tantum essent honoris consecuturi , & ad hoc , ut iux- *tum latine*  
 ta thronum Dei collocaerentur , latebat vtique tam su. *angeli* &  
 periores quam inferiores illas potestates . Gregorius au *archange-*  
 tem Nyssenus , ante incarnationem affimat , *implicem los.*  
 quandam potestates cælestes habuisse Dei cognitionē ,  
 videlicet , quod sola voluntate cuncta crearit , & eidem  
 licere omnia præuidebant , moderarique vniuersa & fa-  
 pienter curare omnia intelligebant . Incarnato autē Dei  
 verbo , ex cōtrario cōtraria sunt effecta . Nā per mortem  
 vita successit , per infirmitatē potentia , per ignominiam  
 gloria , per viliora denique sunt consequuta , quæ Deum  
 decerent . Sic igitur nunc multiformis cognita cælesti-  
 bus Dei est sapientia atque potentia , quæ vbi nobis in-  
 notuere , potestates illæ per nos perfecta Ecclesia , quan-  
 tis esset dignata bonis , ad cerriorem sunt diuinæ sapi-  
 entiae cognitionem deductæ , idque secundum præfini-  
 tionem vel præordinationem sive prædestinationem se-  
 culorum , quam præfinitionem fecit sive impleuit in  
 Christo Iesu , id est , per Christum Iesum . Sicur ergo deus  
 Pater præordinauit ante omnia secula , sic compleuit  
 & manifestauit multiformem sapientiam suam per  
 Christum .

I N F E R I I S

*In quo habemus fiduciam & accessum in cōfidentia per fiduciam.*  
Quod autem per Christum effecta sunt omnia, pater, inquit, ex eo, quia ille sit qui nos ad patrem deduxit: Ve rum tamen nequaquam sumus captiuorum more, nec ut fontes & noxijs ad patrem deduci: sed fiduciam habemus, non simplicem quandam, sed ut confidere plurimum possumus & audere. Verum unde huiusmodi nobis bona prouenient? Per fidem inquit: haec namque prauis deletis facinoribus, fiduciam nobis adiecit & cōfidentiam. Summa, Duplice ostendit fructum nobis à Christo prouenisse, spem scilicet perueniendi ad cælum & æternam hereditatem, 2. Corinth. 3. & obtinendi facultatem, Rom. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratia ista in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Hinc admonet Hebr. 4. Ademus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

E P I L O G V S.

1 Paulus gratia Dei Gentibus destinatus, Apostolus, ut sacramentum sibi apertum & concordatum, multis temporibus filius hominum absconditus, reuelaret, Gentes esse scilicet coheredes & cooperatorales, & comparticipes promissionis Iudaice in Christo Iesu per Euangelium, Rom. 15.

2 Predicationis Apostolicae precipuus hic scopus fuit, Gentibus demontare parietem illum inimicuarum, qui haecenus Iudeos à Gentibus segregauerat per Christi sanguinem demolitum esse, omniumque electorum, sine è Iudeis, sine è Gentibus, fore unam Ecclesiam. Hinc Christus dicitur lapis angularis, Math. 21. propterea quod duos in se populos tanquam parietes complectitur. Hinc & Paulus Ephes. 2. Ipse, inquit, est pax nostra qui fecit utraque rūsum. Et post pauca dicit Gentibus connuersis, Iam non es tu hospius & aduenie, sed cives sanctorum & domestici Dei, superedificati super fundamentum Apostolorum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, hoc sic futurum preceperit Zacharias, cap. 6. Ipse, inquit, edificabit templum domino, & consilium pacis erit inter duos illos, puta Iudeos & gentes.

3 Fides omnium donorum & meritorum donum, sine qua nemo placet Deo. Hinc credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentium se remunerator sit, Heb. 11.

**P**ræsens lectio ab Ecclesia recitur in honorem S.  
Lucæ, B. Pauli discipuli & itineris socij, eo quod &  
ipsi data sit gratia non solum euangelizandi, sed etiam Eu-  
gelium scribendi. Scripsit autem Euangelium sicut au-  
dierat non solum a Paulo qui cum domino in carne non  
fuerat, sed et a ceteris Apostolis, ut Lucas ipse in princi-  
pio sui voluminis declarat. De hoc etiam Paulus: Mis-  
mus, inquit, cum illo fatrem, cuius laus est in Euangelio,  
2. Cor. 8. Item 2. Timoth. 4. Lucas, ait, est mecum solus.  
Et Colloß. 4. Salutat vos Lucas medicus charissimus.  
Acta vero Apostolorum sicut viderat, composuit.

I N · I I S D E M F E R I I S  
E V A N G E L I V M .

Post hæc autem designauit dominus & alios <sup>Luce 10.</sup>  
septuaginta duos, &c. Finis Euangeli: dignus est <sup>Matth. 9;</sup>  
enim operarius mercede sua.

**V**i ad ministrandum Rempublicam assu-  
muntur, his in primis necessarium est ut  
sciant cur ad id assumantur, & quid ad eo-  
rum munus requiratur: alioqui nec bonum  
promouere, nec pericula Reipublice preceudere poterunt,  
& sibi et aliis perniciem adferunt. Vnde verè dictū est,  
Ecclesi. 10. Vx terræ cuius rex puer est. Quantò igi-  
tur pericula animalium præponderant periculis corpo-  
rum, tantò magis necessarium est Ecclesiastico pastori <sup>Pastori</sup>  
vt sciat ea que officij sui sunt. Ob eam caussam Christus <sup>Ecclesiasti-</sup>  
emissurus 72. discipulos, prius eorum officium iphis de-  
pingit, neque id solū, sed & præcipit ut certi sint hæc Dei <sup>co necessariis</sup>  
esse voluntatem & præceptū, vt officio suo inuigilent,  
nimis pœnas daturi, si quid negligant eorum. Hinc  
est quod Apostolos legimus tam diligenter officio suo  
functos. Sic Petrus, Act. 6. Non est, inquit, æquū nos re-  
linquere verbum Dei, & ministrare mensis. Sic Paulus 1.  
Corinth. 9. Vx mihi si non euangelizauero: necessitas <sup>Apostoli</sup>  
enim mihi incumbit: sequitur ibidem, Ob id cùm liber <sup>diligenter of-</sup>  
essum omnium me seruum feci. Itē Act. 20. Certus sum <sup>ficio suo fui-</sup>  
quod me vincula & carceres Ierosolymis manent, sed <sup>et i sunt,</sup>

Ee ij

IN FERIIS

nihil horum vereor, dummodo consumem cursum ministerij mei. Hinc ibidem his quos præsbyteros consti-tuerat, dixit: Attendite vobis & vniuerso gregi, &c. Hinc est quod Ieremias 1. cap. dixit. a.a.a. Domine, ecce ne-scio loqui. Et ob eandem causam Ionas cap. 1. Fugit à facie Dei. Sic Exod. 4. Moses diu reluctatus est, donec dominus quasi iratus cogeret ipsum subire munus illud, educendum scilicet populum. Hinc idem dicebat: Quare imposuisti mihi hoc onus? &c. Quod si quidam ex nostris attenderent, non tanto strepit ad qualibet officia fese ingererent.

*Verbi Dei* Hæc dum Christus curat, potissimum sex facit. Primi mysteria nō designat & emitit præter Apostolos etiam alijs disci-lacet *cunis* pulos 72. Nam sicut summum in Ecclesia est verbum *tractare nisi* Dei, quo nihil in terris habemus diuinus, ita non cui-*diuinus à* uis licet tractare hæc mysteria, nisi diuinis planè & à *Deo doctis* Deo doctis ac missis. Vnde hic notandum, quod qua-tuor genera discipulorum in scriptura leguntur: Pri-mum eorum, qui a Deo non ab homine neque per ho-minem eliguntur, quales fuerunt Propheta & Aposto-li, & hi 72. discipuli: sicut & Paulus hoc ipsum de se pre-dicat, Galat. 1. Secundum genus eorum, qui à Deo qui-dem vocantur, sed per hominem statuuntur, quales fue-runt ij de quibus dicitur Numeri 11. Cōgrega mihi 70. viros, &c. Itē ij quos Apostoli ordinauerūr, quales fue-rūt Titus & Timotheus. Huc quoq; pertinet ij qui nūc quoque per Episcopos vel communitatem eliguntur. Terrium genus eorum, qui ab homine non à Deo vo-cantur, quales sunt ij, qui hominum fauore in sacer-dotium vel prælaturam subrogantur: huc pertinent ij, qui vel muneribus, nummis, vel aliis, eligēti animos de-mulcent, sicque eliguntur. Talis fuisse legitur Alcimus,

*Homines*  
*miserimi*  
*aliorum cu-*  
*ram ambiē-*  
*tes.*

1. Machab. 7. miserimi vtique huiusmodi homines, qui quod onus est, maximum, scilicet curam multarum ani-marum, honorem aestimant, qui aliorum curam ambiūt, cùm quisquam vix pro seipso orationem reddere satis possit. Hinc Paulus Act. 20. valde exaggerat hunc sta-tum. Et Moses, Num. 11. Cur afflixisti seruum tuum, vt poneres hoc onus super me? &c. At nostri ambitiosuli interim securè & otiosi viuunt, nullam curam habentes

pro ouibus. Quartum genus discipulorum est eorum, qui nec à Deo nec ab hominibus vocantur, sed seipso ingerunt, de quibus dominus Iere. 32. dicit, ipse currebat, & ego nō mittebam eos, &c. Et Paulus. 2. Cor. 11. Operarij iniqui, inquit, transfigurant se Apostolos lucis, &c.

Sed de primo genere hic agitur, qui à Deo, non ab homine misli sunt, cùm Lucas dicit: *Designauit dominus Episcopos & alios septuaginta duos.* Sicut Apostoli representarunt Episcopos: sic 72. discipuli secundi ordinis præsbyteros representarunt. Secundi ergo ordinis septuaginta duo puli reliquos designantur, qui totidem linguarum gentibus Euangelium prædicant, quemadmodum prius duodecim Apostoli ad conuertendas duodecim tribus Israël vocati erant. Vnde & prohibiti erant ne in vias gentium irent, cerdotes. &c. Matth. 10. Ita, inquam, & iij propter exterias gentes destinantur imbuendas, in septuaginta duas linguas diuisas. Designauit igitur hos dominus Iesus, id est, signanter elegit, & quos ab æterno prædestinavit ad hoc opus, temporaliter ad hoc instituit & ordinavit. Fælices certè iij qui à domino destinantur. Non enim possunt non esse animo sincero.

*Et misit illos binos.* Sicut misit eum Pater, sic misit eos, Iohan. 10. Misit eum Pater ad debellandum diabolum, destruendam mortem, peccatum, iram Dei, ad conferendam vitam, remissionem, &c. Hæc autem omnia parata sunt per mortem Christi, nondum tamen distributa erant. Idèo nunc eos mittit ut ea per verbum suum distribuant, & quidem tanto affectu, quanto ipse ea perficit, *Binos misit, vt vnius charitatis spiritum habeant.* Ad Binos cur idem facit illud quod ante passionem orans dixit, Iohá. miserit discipulos Christi. 17. Volo ut vnum sint sicut & nos, hoc est, vnius voluntatis ac mentis, ut sint vnum corpus, ita ut quilibet sibi collata dona aliis communicet, quemadmodum membra in corpore, & tanto affectu, quanto tu me misisti, & obediui. Simul mittit, eadē præcipit ut doceant, vno ore annuntiandum esse Euangelium, alioqui nullum fructū, sed sectas, dissensiones, contentiones & inuidiā parit: id quod declarat dies hæc, quia nō id ipsum dicant omnes, 1. Cor. 1. Ob id igitur discipulos binos misit & binos, nimirū admonens ut fraternalē charitatis memores essent,

F. e. iii

IN FERIIS

citra quam nullus est Euangeliū fructus. Quanquam & ob id quoque binos emiserit ut sufficerent labori, & eō alacriores essent. Deinde ut se mutuō consolarentur in persecutionibus, irrisiōnibus, tribulationibus, &c. Ecclēsi. 4. Melius enim est duos esse simul, quam unum. Item Proverb. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, tanquam ciuitas firma.

*Misit illos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo ipse erat venturus. Ne aduentus eius lateret, mittit illos ante faciem suam. Voluit enim omnibus notus esse, qui venit saluandis omnibus. Ideo inquam, mittit illos, ut sicut præcursor Iohannes præbat parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum corum: necnon redderet domino plebem perfectam, conuerteretque corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum: sic & illi corda hominum pararent ad suscipiendum Christum.*

**Prædicatio.** Per prædicatiōem enim verbi Dei Domino corda hominum preparantur. Grego. Prædicatio præuenit, & sic ad habitaculum mentis dominus venit. Ad seruantem eius sermonem venit, & mansionem facit, Iohann. 14.

2. Secundò dicebat illis caussam & rationem potissimum,

*Misionis  
& designa-  
tionis cauf-  
sa.* quare & illos designaret ad hoc opus: *Mēsū qui-  
dem multa operarī autem pauci. Matthæus 9. cap. sic ait, Et  
circumibat Iesu omnes ciuitates & castella docens in  
synagogis eorum & prædicens Euangeliū regni,  
& curans omnem languorem & omnem infirmita-  
tem. Nam sequebatur eum turba multa, quia vide-  
bant signa quæ faciebat super iis qui infirmabantur,  
Iohann. 6. Hinc omnis turba quærebat eum tangere,  
quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes, Luc. 6. Vi-  
dens autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati,  
& iacentes sicut oves non habentes pastorem, Matth.  
9. Tunc dicit discipulis s. Mēsū quidem multa, q.d. Suffi-  
ceret quidem mea prædicatio in Iudea, sed habeo & a-  
liam messem inter Gentes, aliásque oves quæ non sunt  
ex hoc ouili, Iohan. 10. ad quas ego non visibiliter ven-  
turus sum: ad illas igitur adducendas, necessaria est non  
solūm Apostolorum, sed & aliorum discipulorum mil-*

fo, &c. Attendenda penitus est hæc similitudo vel me- *Metapho-*  
*ræ iam ad maturitatem prouectæ, defecantur, & in hor. Mæſe quid*  
*reο recunduntur, pro futuro cibo, Iuxta hoc duplē vocamus.*  
*in scriptura habemus messem. Altera de qua Christus Mæſus du-*  
*Marth. 13, loquitur, cùm dicit: Sinite vtraque crescere plex ex scri-*  
*ad messem, &c. Et hæc messis Christo exponente con-*  
*ptura. summatio est seculi. Verùm de hac nihil h̄ic ad proposi-*  
*tum. Altera de qua Iohann. 4. dicit: Videte regiones,*  
*quām albæ sint ad messem, & hæc nunc est, nihilque a-*  
*liud est quām prædicatio Euangelij, qua homines a ter-*  
*ra retrahuntur ad aream Ecclesiæ, ut ibidem expurgati,*  
*tandem transeant ad æternam gloriam. Huius messis sa-*  
*ta spiritualia & spicæ intellectuales, sunt qui propheta-*  
*rum voce culti, ad fidem Christi perueniunt. Quæ seges*  
*albescit, cùm iam maturus, hoc est, promptus animus*  
*est ad suscipiendam fidem & Christi religionem. Sicut*  
*enim fruges frustra & sine fructu ante maturitatem de-*  
*fecantur, sic vt Euangelium fructuose prædicetur, neces-*  
*se est vt seminatio præcesserit, scilicet prædicatio legis:*  
*quæ mortificat, terrerit, &c. Deinde necessarium est, quod*  
*matura sint fruges, hoc est, salutem sificant: & tunc est*  
*tempus metedi. At sicut in messe, nedum grana ipsa, sed*  
*& paleæ, & stramina in horreum inuechuntur, vbi post-*  
*modum per triturationem & cibrationem ab inuicem*  
*separantur, imo semper plus palearum & straminū inue-*  
*hitur, quām tritici, adeo vt ipsum criticum præ paleis vi-*  
*deri nequeat. Sic in Ecclesia verbum Dei omnibus sine Ecclesia om-*  
*discretione personarum prædicatur, omnes introducun-*  
*tes ad domum conuiuij & boni & mali. Discernuntur bonos &*  
*autem per triturationem, id est, tentationem, & cribra-*  
*tionem, id est, hæresum permixtionem, h̄ic soli electi*  
*persistunt, quorum paucissimi sunt. Semper enim maior*  
*pars paleæ sunt, hoc est, plures sunt semper, qui verbo Plus palea-*  
*Dei abutuntur, vel infrauctuosè audiunt, adeo vt inter eum habet*  
*iplos pij vix conspiciantur. Verè igitur dictum est, mul- Ecclesia quā*  
*ti sunt vocati, pauci electi, Matth. 20. tritici.*

*Operarij pauci. Ex prædicta similitudine messis colligim⁹ Operarij*  
*operarios dici p̄dicatores. Nec dicit: Pauci sūt doctores, predicatores*  
*p̄dicatores, sacerdotes, sed pauci operarij. Nō eni ope- sūnt.*

I N F E R I I S

*Operarij* rarij omnes sunt qui sacerdotes aut prædicatores. Sunt omnes non quidā qui officia ambiunt, nō vt operentur, sed vt otientur: quos Zacharias cap. 11. idola vocat. Sūt alij qui operantur quidem, sed mercenarij sunt: sua enim querunt.

*sacerdotes.*

*Requisita*

*ad bonum*

*operarium*

*Operarius*

*ariē operādi*

*scire debet.*

metere nesciat, is enim plus dāni quām vtilitatis adferret. Sic aliud est verbum Dei prædicare, aliud prædicare illud, quomodo oportet. Et quidē primū plurimi sciunt, non autem secundū. Plerunque enim sit vt publicis cōcionibus homines magis offendantur, quā adfiscuntur: nec mirū, cūm nihil nisi conuictia, blasphemias & scōmata in vīrāque dignitatē, & maximē in sacramēta, audiat: fieri quidē non potest, quin verbū dei aliquos offendat, nēpe Pharisaeos, sicut & Christo contigit: sed propter eos non intermitrendū verbū Dei. Id autē curādum, ne nos aliquid cōmittamus, quo verbū Dei in contēptū veniat, Potestatē enim accepimus non in destrūctionē, sed in adificationē, 2. Corinth. 13. Sic idem Paulus docet, 2. Cor. 6. Nemini dantes offensionē vllam, vt non vituperetur ministeriū nostrū. Deinde ad operariū requiritur quodē fidelis sit. Hoc nūc queritur inter disp̄satores, &c.

*Operarius*

*fidelis sit.*

2. Corin. 4. Fidelis autem dicitur, si & fidcliter laboret, & fideliter prouideat, ne labor suus inutilis reddatur domino suo. Sic prædicatoris est, fideliter laborare, & præcauere omnia, per quā prædicatio impeditur. Huius figurā habes Nehem. 4. cū filij Israēl reuerae ē babylone redi-figarent ciuitatē, de ipsis scribitur: vna manu faciebat opus, altera tenebant gladiū, nimirū propter aduersarios.

Sic Paulus docet Titū cap. 1. vt amplectatur sanā doctrinā, quō possit exhortari, & etiā aduersarios reuincere, &c. Exemplū autē fidelis operarij in Paulo quoq; habes. Sic enim de scipso dicit, Act. 20. Vos scitis q; nihil omiserim, quo minus anūntiarem omne consiliū Dei vobis. Idem 1. Corinth. 9. Cūm essem liber omnium me seruū feci. Et Gal. 4. Filiali quos iterum parturio, &c. De eodē legis quomodo aduersarios deuicerit, præsertim in epistola ad Galatas. En hi sūt operarij veri, quorū heu pauci sunt, qui nihil nisi Christum querant: de quibus

*Exemplum*

*fidelis opera-*

*riy Paulus.*

idem Paulus, i. Corinth. 4. Et si decem millia pædagogorum haberis, sed non multos patres.

3 Tertiò monet Christus quid in hac penuria nobis aegadum sit, Rogate, inquit, dominum meum, ut mittat operarios in messem suam. Ex quibus verbis innuitur quām defendum sit verbo Dei priuari. Nisi enim magnum aliquod dānum inde sequeretur, non diceret Christus: Rogate, Rogat, ut rogetur. Cūm igitur Christus hic sic īgēmuerit, & populo compassus sit, eo quod non haberent operarios, denique & orare präceperit, ut Deus mittat operarios; sequitur quōd magnum est periculū vbi verbum *Verbo Dei* Dei subtrahitur, econtra magnum donum cūm Deus *carere* *verbum suum* mittit. Quanta autem utilitas consequatur prædicationem verbi Dei, ostendit Iohannes Apoc. *lum, & dā-*  
 14. cūm ait: Vidi angelum qui habebat Euangelium *x-* *num.*  
*ternum, &c.* sequitur: Et audiui alium dicentem: Cecidit *Vilitas ver-*  
*Babylon illa magna, &c.* Viden quōd per verbum Dei *bi Dei, &*  
*regnum diaboli cadit, quod aliqui inexpugnabile est: virtus.*  
 Ad idem facit illud Ieremia 3. dabo vobis pastores, &c.  
 sequitur: Et tūc dices: Pater meus es tu. Ecce fructus, nec mirum. verbum enim Dei ignis consumens est, id est, accendens corda frigida, & malleus conterens petras, corda, scilicet, dura. Econtra nihil magis deflendum, quām destitui verbo Dei. Id autem sit tripliciter, Primo cūm omnino destituimus verbo Dei: quod q̄ sit miserū, pater *Verbo Dei* ex hoc, quōd Deus comminatur Amos 8. d. Mittam in *possunt ho-*  
*vos famem verbi Dei, &c.* sequitur: Tunc occidet vobis *mines deſti-*  
*sol in meridiem. Et commouebuntur & deficient virgi-* *tui triplici-*  
*nies. Imō iuxta alium Prophetam, vbi non relinquit fe-*  
*ter.*  
*men verbi Dei, quasi Sodoma & Gomorrah similes e-*  
*runt. Secundò cūm paleæ pro vero tritico proponuntur,*  
 & ideo periculosius est & perniciiosius, quod sub titulo verbi Dei simplices decipit. Cūm enim eo titulo propinatur quasi esset verbum Dei, tāto audius assumitur, & minimè cauetur. Idem fit de libris qui titulūm verbi Dei p̄r se ferunt, intus tamē nihil nisi humana figmenta, deceptions, & blasphemias continent. Quem autem non deciperent huiusmodi pomposi tituli? Magis *Libri falsi* igitur officiunt huiusmodi libri, quām paganorum libri, *titulū verbi* qui nullum titulum verbi Dei p̄r se ferūt. Tertiò pro- *Dei p̄resa*

IN FERIIS

ferentes, ma- ponuntur etiam verba scripturae, sed non debito modo.  
gis officiant Huius figurā habes 1. Reg. 4. cùm filij Israël aliquoties  
quām Pa- infelicititer pugnassent contra Philistæos, tandem addu-  
ganorū libri xerunt arcam, sed quia in arca tantum confidebant, sed  
fine fidei, ideo & victorianam & arcam perdidérunt. Sic verè  
cum magno spiritu iactamus nos de scientia scriptura-  
rum, quia tamen in ore tantum scripturas gestamus, non  
*Litera scri- in corde, facile cadimus. Non enim litera scripturae*  
*piura ore in ore prolatæ saluat, sed verbum Dei corde conseruatū.*  
*prolatæ non Contra huiusmodi igitur pericula Christus remedium*  
*faluat, sed adhibet, d. Rogate dominum meum, &c. q.d. Potens est Deus*  
*verbum Dei omnia præstare si petieritis. Rogate ut mittat operarios,*  
*ore conser- non otiosos, qui ædificationem, non destructionem, ani-*  
*uationem. marum salutem, non proprium commodum querant.*  
Rogate ut mittat, ne à scipis veniant, vt vera doceant,  
ne per spiritum malum decipientur. Ad hoc enim cona-  
tur diabolus, vt sit spiritus mendax in ore Prophetarum  
ad decipiendos homines, 3. Reg. 22.

Ex his verbis colligere possumus, quid agendum sit,  
*Quid agen- cùm destituimur pastorib⁹, aut cùm pastores sibi viuit,*  
*cum sit cùm non gladio illud vindicādum, sed precibus. Propter pec-  
pastoribus cata liquidem nostra, Deus regnare facit hypocritam,*  
*destituimur. Iob. 34. Sic ad Ezechielem dicitur, Lingua tuam adhe-  
rere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir ob-  
Spiritualia iurgans, quia domus exasperans est: deinde quòd omniū  
omnium ma- maximē ea petere debemus quæ spiritualia sunt. Sic &  
nimē petēda Matth. 6. dicit: Primum quæritē regnum Dei. Item Luc.  
11. Matth. 6. Sic orabitis: Panem nostrum supersubstan-  
tialem da nobis, id est, panem viuum. Quòd si talem pa-  
nem à patre petierimus, certè non dabit nobis pro pa-  
ne lapidem. Sed quia nos solum temporalia petimus,  
ideo nec temporalia, nec spiritualia habemus.*

*Discipuli* 4 Quartò docet discipulos hos, quales se erga pecca-  
quales se er- tores præbère debeant, & quibus armis eos inunitos  
ga peccato- esse velit. Nam 2. Timoth. 3. Omnes qui piè volunt vi-  
res gerere uere, persecutionem patientur. Item Act. 14. Per mul-  
debant, & tas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.  
quibus ar Ante omnia itaque suos munit & armat, quia eis pre-  
mis muniri dixerat diabolum omnibus viribus ipsius restituturum.  
debeant. Et dicit: Ite: ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. En ar-

ma quæ diaboli insultibus opponas, humilitatem, sci-  
licet, patientiam, simplicitatem, beneficentiam, &c. *Arma di-*  
poterat quidem Christus suos etiam externè reddere *scipolorum*  
fortes & formidabiles omnibus, sed non hoc expedit *contra in-*  
*Euangelio. Neque enim violentia violentiam, iniuria boli.*  
*injuriis funeris funeribus erit, sed*

imperium, iuperbia imperiam extinguit, sed mansuetudo, lenitas, munificentia, &c. iuxta illud Proverb.

13. Vir iracundus fuscitat rixas, mitis extinguit fuscitas: hæc vera fortitudo est, & optimum vincendi genus patientia. Is enim verè fortis est, qui magnum onus portare potest. Et quod onus maius & intollerabilius, quam conuictia, ignominia, aduersitates? &c. Quis haec formosus?

Qui hæc ferre nouit æquo animo, is verè fortis est. Hinc  
Sapiens Proverb. 16. Melius auctoritate, quam  
constitutis, agnominib; aduerteratates ? &c.

Sapiens Proverb. 16. Melior est patiens viro forti, &c.  
Item 24. Vir sapiens fortis, & vir doctus robustus. &c.

Hinc Christus, Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Dicit ergo:

*indebunt terram. Dicit ergo : Miseris vos sicut os, &c. Nullum periculum praesentius est oui, quam si in lupum*

inciderit: maius periculum, si non vnuſ tantum lupus, sed plures irruant: omnium autem maximum si

Ieo putes irruant: omnium autem maximum si in medio luporum sit. Hoc igitur exemplo Christus futura

discipulorum & omnium Christianorum pericula praedit. Cum lupis, inquit, yobis res erit. & iisdem mul-

*... in rapido, inquit, vobis res erit, & illud multis, imo in medio luporum eritis, nullibi securi, vndeque imminentibus.*

que imminentia pericula, ex omni parte cautos esse oportet. Idem dicitur Ezechieli capit. 2. Fili ho-

Ezechiel caput. 2. Fili hominis, mitto te, &c. sequitur: cum scorpionibus habitas.

Sed cur obsecro suos Apostolos Christus voluit esse

inter lupos, & ad lupos mittere? Nunquid ut ipse quodque in lupos verterentur? Nequaquam.

que in lupos verterentur? Nequaquam: sed sicut oves inquit. Oue ad prospiciendum sibi nihil stultius, ani-

mal est prorsus inerme, atque iniuriis omnium expostum, à solius pastoris cura & defensione resul-

*zium, a folius paitoris cura & detentione pendens: hominibus tamen nullum animal commodius est. Tales nos* <sup>aff</sup> *ad hanc* *Clavis*

les nos esse voluit Christus , videlicet , ut à solo Deo  
pendeamus , non nostra quaeramus commoda . non ad

non nostra quaeramus commoda, non aduersa extimescamus, sed tantum aliorum commoditatibus informiamur. His

tibus interuiamus. Hi verè oves Christi sunt. Talis erat Paulus, qui ob prædicationem Euangelii aliorū magis

III. 3. Predicationem Euangelij affirmante

Digitized by srujanika@gmail.com

10. The following table shows the number of hours worked by 1000 workers in a certain industry.

Digitized by srujanika@gmail.com

I N F E R T I S

salutem, nulla non pericula & labores subiuit, 2. Corinth. 11. Ter virgis caelus sum, inquit. Vult igitur Christus his verbis, vt qui Apostoli officium gerit vel discipuli, paratus sit omnibus succurrere, omnia perferre, etiam animam tradere pro omnibus, vt vel hinc discas quam pauci veri pastores sint.

**Impedimentum omne Euangelij Euangelii abitacientium preceptum.** Quinto praecepit vt omne impedimentum quod negotium Euangelicum impedit posset, abiiciant, omnem negevum Euangelii abitacientium preceptum. Quae verba nedum Apostolis, sed omnibus quoque Christianis dicta sunt: Iuxta illud Matth.

**Solicitude omnibus Christianis interdictum.** 6. Nolite foliciti esse animae vestrae, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini, &c. Si ergo haec omnibus Christianis praeципiuntur, multo magis sacerdotibus & pastoribus dicta erunt. Grauius enim punietur in praefatis dissidentia, quam in subditis: id quod pater in Mose, & Aarone, qui ob unam dissidentiam puniti sunt, Exod. 20. cum populus vix post decem tentationes Dei, eodem iudicio punitus sit, Numer. 14. Verum nunc punietur nulli ( ut vereor ) Deo minus fidunt, quam sacerdotes, adeo ut & vulgi sermone feratur, neminem magis auaritiam sectari, tenacius retinere quam sacerdotes, ut vere de illis dictum videri possit, illud Isa. 56. Canes impudentissimi, nescierunt saturitatem, Nolite, inquit, portare faculum, ad repenitentiam pecuniam. Vnde apud Matthaeum dicit: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Quo praecepto ab omni eos

**Solicitude liberat terrenorum.** liberat solitudine terrenorum, vt vacationem omnem tribuerent verbo Dei. Verum enim est Christi dictum, maximè a Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Vnde & ceteris apostolis. 2. Timoth. 2. monet, Nemo militans Deo, imminabitur. Plicet se negotiis secularibus. Quod eriā discipulis ideo Doctrinam mandat, ne doctrina eorum suspecta esset, quam vel maxime suspectam reddit ambitio & auaritia: id quod & in nihil sic suū externis experimur. Non facilē creditur ei, qui scitur amplexus redibitus esse & auarus. Deinde hoc exigit à discipulis, videtur auctio ambito & auaritia. Externa opera fidem facerent verbis eorum. Prædicatris siquidem regnum celorum, mortificationem carnis, contemptum mundi, &c. congruebat ut & factis ostend-

derent se non terrena, sed cælestia quærere. Alioquin frustra de cælestibus loquitur, quem nihil nisi terrena quærere videmus. Huic certè rectè improperari posset illud Apostoli, Rom. 2. Qui alium doces, te ipsum nō doces: qui doces legem obferuādam, per præuicationem legis Deum ipse in honora: Et illud: Medice, cura te ipsum. Demum his verbis voluit, ut expediti & alacres pergerent ad euangelizandum: ob id omnia interdixit, quæ impedimento esse possent. Impedient autem dignitæ, sarcinæ, vestimenta superflua, arma ad defensionem, *Impedimenta* &c. Ne igitur discipuli dicerent, Mittis nos ad ignotas *ta sermonis* regiones & barbaras, quis nutriet? quis vestiet? quis defendet? sicque in exterois præsidii comparandis & portandis impeditur. Ob id Christus omnia simul illis interdixit, q.d. Præcipua intentio vestra, non sit ex verbi prædicatione in facculo pecuniam reponere audiētum, nequæ victum in pera. Non enim prædicabis ut edatis, sed edere debetis ut prædictis, i. Corinth. 9.

Non voluit dominus tamen his verbis ostendere, quasi fas non esset, vñquam futurum, eos qui tractat rem Euā gelicam aliquid necessariæ sarcinula secum ferre, imò *Linde* me plus laudis fortassis mereretur, qui suo sumptu Euā gelicū annuntiaret, quemadmodum Paulus fecit, i. Cor. 9. *gnam qui* Nec dubium quin in maiori pretio esset Dei verbum si Euā gelicū hoc seculo infirmo competenter prouisum esset concio. *suo sumptu* natoribus de superabundantibus & superfluis quorundam monasteriorū diuitiis, gratisque (prætermisso quæ stu fôrdido) verbum Dei annuntiarent. Neque etiam *Non peccas* peccarer. Ecclesiasta si ad inhospitalem gentem prof. *concionator* eratus, commeatius aut pecunia nonnihil secum ferret. *Euā gelicū* Sed his verbis omne sermonis Euā gelici impedimen *si quādo cō* tum amouere voluit, quo feliciori successu eorum ser. *meatum se* mo curreret. *cum ferat.*

Neque virginem addit Matth. 10. Quod etiam virginem prohibet accipere, quam tamē apud Marcum 6. cap. concessit. Hoc modo dubium dissoluitur. Duplex est virga, *Virga de* vna regum gentium, quæ dominationis virga dicitur, plex. hæc Apostolis inhibetur, secundum illud Luc. 22. Vos autem non sic. Idem docet Petrus 1. cap. 5. non quasi dominatæ in clerum. Item Paulus, 2. Corinth. 1. Non quasi

IN FERIIS

*Doctrina dominemur fidei vestra, id est, non hoc dico, sive me pulchra ex animaduersum in vos, quod dominemur vestri pro Paulo contra pter fidem, quia videlicet credidistis, non hoc quod ut rigidos pre tyrannidem in vos exerceam, ut nostra quererem, sed ut latos.]*

adiutores sumus gaudij vestri, ministri sumus non ad rexandum vos, sed ut gaudium vestrum iuuenimus. Per virgines igitur baniationem prohibet Christus, ne terrena potentia aut defensioni innitamus, ne vindicandi libidinem in corde habeamus, ne vi nosipso defendamus. Vult enim ut sumus tanquam oves inter lupos. Item ne homines vi aut gladio ad fidem cogere conemur, Apostolis certe gladio externo non videntur, postquam Christus dixit Petro, Matth. 16. Conuerte gladiū tuum in locum suum. Et Apostolus ad Timoth. 1. cap. 3. & Tit.

1. Episcopum, inquit, oportet esse irreprehensibilem, &c.

*In ret. Test. subdit: non percussorem, &c. In vet. quidem Test. gladiis sacerdotibus deis riti licebat, ne deleretur gens qua Christus nasciturus erat. Christo autem nato, iam gladio alio non est opus, nisi gladio spiritus, quod est verbum Dei, Ephes. 6.*

*Hinc de Christo dicitur, Psal. 44. Accingere gladio tuo, id est, assume humanitatem, qua nobis verbum salutis annunties. In eodem Psalmo, Sceptrum regni Christi nihil aliud est, quam verbum Dei: virga, inquit, directionis.*

*Virga viris nis, virga regni tui. Hac igitur virga permittitur Apostolis, virga scilicet, directionis, virga pastoralis sollicitudinis super curam animarum solicite vigilantis, que nihil aliud est, quam lex vitæ & disciplina. Faxit autem Deus ut virga nobis permissa riœ utramur, ad xadiicacionem scilicet, & non ad destructionem.*

*Verbi Dei Et neminem per viam salutaueritis. Festinare iubet negotiū fieri, verbi negotium peragere, ne alicuius obuij confabulatione remoretur ab iniuncto itinere. Neque simpliciter ait: Neminem salutaueritis, cùm sit visus humanitatis*

*Vsus humana alios salutare. Nam angelus salutauit Mariam, Luc. 1. natus alios Christus discipulos & mulieres, Matth. 28. Luc. 4. Et salutare. Apostolus monet: Salutate inuicem in osculo sancto: qui etiam scribit, quod Lucas medicus salutarit condiscipulos: Sed addidit, in via, quia non salutatio fraterna inhibetur, sed ne per nimias salutationes & vana colloquia obstaculum fiat apostolica functionis. Et tali modo lo-*

quendi vius est Eliseus, quem mitteret festinanter ziczi seruum suum ad suscitandum puerum mulieris defunctum, 4. Reg. 4. d. Accinge lumbos tuos, &c. sequitur: Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, &c.

*In quancunque domum intraueritis, primū dicite, Pax huic domini, &c. Quasi dicat, Quid solliciti estis de hospitio? Tonus mundus vobis patria erit, domini est terra & plenitudo eius. huius autem vos negotium agitis, deinde cùm cælum hominibus annuntiatur sitis, non deridentur, qui domicilium terrenum administrabunt. Magna bona portabitis, non deerunt qui illa gaudenter suscipiant, vix fieri poterit, ut vsquam sit tam deplorata ciuitas, in qua nullus reperiatur, qui tales hospites non sit cupidè recepturus, cùm sint qui medicum corporalem magno conducant, & è longinquō accersant. Qui enim ægroti sunt in aduentu medici gendant.*

*Discipulis  
veris nō de-  
futurum ho-  
spitium.*

Matth. 10. ait Scrutor: *In quancunque civitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit. Ac si dicat, Non opus est vt in diuersoria meritoria diuertatis, sed inquirite, si quis illic sit probitate vitæ commendatus, & auditus regni cœlestis, itēque veræ salutis, cui mundus hīc tardio sit, qui suspirerit promissum Messiam, qui simplicitate vitæ & beneficentia iu pauperes maioris etiam profectus spem de se præbeat. Huic vos quales quæceritis hospites gratissimi, deinde & ipse vobis erit hospes conueniens. Non enim paſsim ad quoscunque prædictor Euangelicus diuerti deberet, ne Euangelium malè iastifici. audiat, si ad sceleratos prædictor Euangelicus diuertat. 2. Corinth. 6. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Ecclesiast. 7. Melius est, inquit, nomen bonum, quam vnguenta pretiosa, maximè in predicatori. Nam vnguenti pretiosi odor, totam quidem habitationem implet: bona autem fama omnes vicinos adit. Signanter autem dicit Christus. Interrogate quis dignus sit, non quis diues aut potens, ne viderentur sua querere, aut ambire fauorem potentum, aut contemnere pauperes.*

*Ecclesiastæ  
diuersoria  
meritoria vñ-  
tare debent.*

*Hospites  
viri Eccle-  
siae*

*Euangelicas  
& Aposto-  
licas saluta-  
rium pace? Verum non de pace externa hīc loquitur, sed 10.*

I N F E R I I S

interna, erga Deum felicer, quæ quantum bonum sit ex Isaia 32. cap. discimus, dicte: Quoniam speciosi pedes euangelizantium pacem: sequitur fructus: euangelizantium bona, salutem. dientes, Sion, regnabit Deus tuus, q.d.

**Bona pacem** Omnia hæc consequuntur pacem hanc, omne bonum, consequentia. salus, Deus ipse. Nam in pace factus est locus eius. Nihil enim melius pace conscientiæ, pace erga Deum. Tales enim securum accessum habent ad Deum in omni angustia. Et quoniam hanc pacem per Christum habemus, cuius regnum, regnum pacis dicitur, Isa. 2. & 3. ideo hanc pacem omnibus offerre debebat discipuli. Ob id, & extensis verbis iubentur salutare eos, quibus prædicaturi essent.

*Et si ibi fuerit filius pacis: &c (vt Matthæus habet cap. 10.) domus fuerit digna, requiescat super illum pax vestra, si autem, reuertetur ad vos. Hinc videre licet aliud esse iudicium Dei*

*cium Dei, aliud hominum. Non omnes recipiētes Apostolus ab hominibus. stolos digni sunt. Sunt enim qui hypocriticè recipiunt. Dignus autem est qui sincero & aido corde suscepit. Super hunc itaque requiescat & pax vestra. Vides quanta bona promissa sint suscipientibus Apostolos ac discipulos. Si autem reuertetur ad vos, tamen commendabitur charitas vestra & sollicitudo, qua etiam indignis*

**Bona promissa discipulos suscipientibus ingentia.**

*In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Nolite transire de domo in domum, ne vel leuitatis vel cupiditatis argui possitis. Quoniam domus, quius victus sufficere debet viris Euagelicis. Vides ex his quod Christus Apostolos suos ab omni suspitione leuitatis, ambitionis, auaritiae, gastrimargiae, &c. voluit esse alienissimos. Grauitas decet maximè Ecclesiasticos. Nec mirum quod Apostoli talium preceptorum memores, multos cōuerterint, neque item mirum quod non eodem feruore verba nostra accipiuntur à populo, cùm tam longè ab hac Apostolorum regula deflexerimus, ut nihil in nobis conspicatur, quam leuitas, ambitio, auaritia. Hinc dominus ait, Quia scandalizastis plurimos in legi, dedi vos contemptibiles. Malach. 2.*

**6** Sextò. Discipulis omnem pusillanimitatem & diffidentiam eximit, certioresque facit de mercede, cùm dicit:

**Grauitas maximè decet Ecclesiasticos.**

cit: *Dignus est enim operarius mercede sua.* Q.d. Patis negotium agitis. Patri igitur erit cura necessaria vobis suppeditare. An non & id mundani homines faciunt? Non sollicitus est seruus pro cibo. scit enim quod dominus suis ex seipso cibum suppeditabit operarii. Si ergo mundani homines cum sint mali, bona tamen prestant seruis suis & operariis, quanto magis pater suis operariis, Luc. 11. qui solem suum oriri facit etiam super malos, Matth. 5. & temporalia etiam malis prestat? Non est cur vos dif- fidatis. Nō deferet Deus fideles operarios, etiam in me- dia fame. Id quod ex Elia disces, 3. Reg. 17. quem in fa- me etiam dominus per coruos pauit.

*Apostolis  
& fidelibus  
nūquam de-  
futura tem-  
poralia.*

Deinde his verbis non tantum discipulis, sed omnibus etiam Christianis omnem dissidentiam eximit. Quid *Dissidentia* enim aliud sumus quam operarii in vinea domini? Ope- rarius itaque suos paseat, iuxta verbum quod hic dicit, & *ab omnibus Christianis* Matth. 10. *Dignus est operarius cibo suo.* Ad hoc facit illud *longè absit*, quod non semel inculcat. Scit patet vester, quod his in- digetis, Matth. 6. Item Iohan. 16. Ipse pater amat vos, quia vos me amastis. Item Luc. 12. Nolite timere pusilli greci, cōplacuit patri vestro vobis dare regnum. Qui ergo regnum dare vult, quomodo minoria negabit? Hinc David Psal. 33. Inquirentes dominum, non deficient omni bono. Sic Abraham, Isaac, Iacob, etiā in aliena terra peregrinos nutritum, quod satis testatur liber Genesios. Sic ip̄si Ioseph nihil defuit. Sed eum quoque dominum totius Aegypti constituit, Gen. 41. Sic ip̄si Iob nihil defuit, etiam cum omnia amisisset. Sic perire non potuit Loth, etiā in Sodomis, Gen. 19. Sic viduam Sareptanam etiam in media fame per Eliam nutritum, 3. Reg. 17. Omnia hæc scripturæ loca eò tendunt, ut discamus Deum *Deus etiam etiam ventrem nostrum curare*, si ex fide vocacioni no- *ventrem no-* stræ & Dei voluntati respondeamus. Salus enim iusto- *strum curat,* rum à domino, q.d. Ista ad te pertinent, alia non curato, modo voca- committe Deo, omnem curam proiicite in eum, quo- *tioni nostræ* niam ip̄si cura est de vobis, i. Pet. 5. Hoc fecit David, cùm *respondean-* diceret, Ad te leuavi oculos meos, &c. Item, Oculi om- *miss.* nium in te sperant domine, Psal. Præterea ex his verbis:

*Dignus est operarius mercede sua,* ostendit Christus, quod mi- *Ministris* nistris Ecclesiæ debetur vietus & alia necessaria. Sic a- *Ecclesia de-*

IN FERIIS LVCÆ EVANGELISTÆ.

betur vir-  
tus, & ca-  
tera vite  
necessaria.

nim in lege dicitur, Deut. 25. Non alligabis os boui tri-  
turanti. Qui brutis consulit, nos vtiue instruit. Qui nō  
vult fraudari bouem cibo suo, non vult quoque fraudari  
operarium vel mercenarium operis sui, iuxta illud, Deu-  
teron. 24. Non negabis mercedem indigenti. Multo mi-  
nus fraudari vult cibo suo operariū & doctorem verbi  
sui. Hinc Paulus, Galat. 6. Communicet is qui catechiz-  
atur verbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Item  
1. Thesal. 5. Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui  
inter vos laborant. Et 1. Corinth. 9. Quis militat suis fi-  
pendiis vñquam: quis plantat vineam? &c. Vide Aposto-  
lum pulchrè hæc deducentem ibidem.

E P I L O G Y S.

1. Ostendit Christus quanta diligentia Euangelicum semen  
spargendum sit, & quanta animi devotione & desiderio susci-  
piendum & amplectendum. Hinc enim præter Apostolos, è nu-  
mero discipulorum & alios septuaginta designavit, qui sua pre-  
dicatione prepararent animos audientium in aduentum domi-  
ni, quemadmodum antè duodecim selegerat Apostolos. In cu-  
ius rei figuram filij Israël olim venerunt in Elim, ubi fuerunt duo-  
decim fontes, & septuaginta palme, Exod. 15. Numer. 33.

2. Admirabilis sermonis tropo discipulis adhuc crassis eximere  
voluit Christus omnem solicitudinem earum rerum, qua solent ani-  
mum remorari à celestibus, successuque verbi Dei. Nam ut pœni-  
cum dictum habet: Pluribus intentus deficit ad singula sensus.  
Nemo commode duobus dominis servire potest, Matth. 6.

3. Mirabilis Dei operatio hic nobis expenda relinquitur:  
Ab omnibus denudat Apostolos, & tamen omnia tribuit. Pro-  
libet aurum & peram, & tamen promittit nihil horum ei de-  
futurum: unde tanquam nihil habentes omnia possederunt, 2.  
Corinth. 6.

Laus soli Deo Opt. Max. semper.